nuper mentionem inieci, tum rectius, puto, statuetur, ubi plenus stipendiariorum numerus coierit ac una iam habitare cœperint.

Da ich heute, morgen und übermorgen Prediger erwarte, mit denen ich zu tun habe, konnte ich nicht abkommen, will aber später, wo nötig, Euch dieses Schreiben mündlich erläutern.

Gertringæ IIII. Decembris anno etc. XXXVII.

VI, 241. **10. Bartholomæus Blaurer an Ambrosius Blaurer [1]).**

Straßburg 1539 April 17.

[Entschuldigung, daß er bisher auf einen Brief Blaurers noch nicht erwidert habe; selbst dem Vater habe er erst ein- oder zweimal kurz schreiben können. Von seinen Studien berichtet er, daß er auf Bedrots Rat in die 2. Klasse aufgenommen worden sei und morgens von 6—7 Sturms „Dialecticæ Partitiones" höre, um 8 Uhr Ciceros Rede für Archias, von 12—2 Uhr Vergils Aeneis, um 3 Uhr die 2. olynthische Rede; damit sind Übungen in der griechischen Grammatik verbunden, und wöchentlich hat jeder einen Brief vorzuweisen. Bedrot liest ihnen nichts privatim. Dank für Ermahnungen und für Blaurers Liebe; Bitte, von allem Thomas Blaurer und Konrad Zwick Mitteilung zu machen. Grüße von einigen Konstanzer Zöglingen. Orig. latein.]

Argentinæ XVII. Aprilis anno αφλθ.

Basel Un.-Bibl. G II 15 221. **11. Thomas Blaurer an Bonifacius Amerbach.**

(Konstanz 1537 vor Juli 1.)[2])

[Er würde gern den alten Kameraden Leonhard Hospinian unterstützen, hält aber, da dessen Gattin noch in Basel ist und er ihm in Konstanz keine Stelle verschaffen kann, für richtiger, daß Hospinian zunächst in Basel bleibe, und empfiehlt ihn nochmals aufs beste. Jungs Gattin würde wegen ihres Leidens wohl am besten mit den Kindern nach Konstanz gebracht, damit er sich den begonnenen Studien hingeben könnte. Grüße von den Zwick, auch an Grynæus etc. Orig. latein.]

XII, 27. **12—15. Thomas Blaurer an Ambrosius Blaurer.**

12. (Konstanz 15 . .)[3]).

[Ein Bote, der morgen oder übermorgen nach Tübingen zurückkehrt, hat ihm einen Brief von einem Jüngling David Blankenheim (Blanckenhemus) überbracht, in Betreff eines Ringes und eines „nummus carinatus". Da aber bei ihm nichts dergleichen deponiert worden ist, glaubt Thomas, es könnte Verwechslung mit dem Bruder vorliegen, und bittet diesen um Auskunft. Orig. latein.]

---

[1]) Leider übersehen. Nach Notiz auf der Adresse am 26. April 1539 erhalten.

[2]) Wahrscheinlich vor Nr. 773 geschrieben.

[3]) Vielleicht in der Zeit von A. Blaurers Aufenthalt in Tübingen geschrieben; doch gewährt der Wortlaut keinen sicheren Anhalt.

13—15. (Konstanz 154 .)[1]). XII, 15. 17. 21.

[Drei Schreiben, wovon das erste mit der Bitte an den Bruder, mit seinen Amtsgenossen für das Gemeinwesen zu beten, die andern zwei mit der Bitte, für wichtige Ratssitzungen Gottes Beistand zu erflehen.]

---

16. Thomas Blaurer an Urban Rhegius. XII, 217.

(Konstanz 1523 gegen Ende)[2]).

[Antwort auf einen Brief von Rhegius an Wanner über die Frage der Beichte. Luthers und Melanchthons Auffassung.]

Wanner hat mir und meinem Bruder Deinen von Wolfgang Mangold überbrachten Brief voll brüderlicher Liebe und christlichen Eifers zu lesen gegeben. Durchaus nicht unnütz erscheinen uns jene Untersuchungen, die der Vereinigung der Gläubigen dienen sollen, wie die über die Beichte. Du erbittest darüber unsere Meinung, während wir vielmehr Dich anhören wollen, obschon ich noch keinen Anlaß zur Ängstlichkeit in solchen Erörterungen sehe, die nur auf Bestimmung des unter Einwirkung des Geistes früher Festgesetzten und durch die Schrift Überlieferten abzielen.

Quid igitur, satisne certa sunt, satisne constant sibi, que hodie sentimus circa negocium confessionis? Ego mihi plane persuasi et indubitata esse et sibi similia, que de ea re Lutherus et Philippus aliique omnes sani non sancierint, sed admonuerint. In editionibus suis omnes consentiunt duo confessionis genera exigi iure divino, eam videlicet, que apud deum fit, deinde que in publico apud ecclesiam exigitur accusatis nobis ob crimen aliquod. Cæterum cum de confessione privata disserunt eademque externa, hic neminem audio, qui a nobis exigat, quoniam quis exigeret, quod non diem nec tempus habet, sed nec conditionem, quoniam superior illa tantum concessa est utentibus neque ulla exactio est, sed merum donum. Que cum laudatur, non eo laudatur tantopere, quod humanitus prodita sit, quod certis superstitionibus et ad aurem in templo fiat; nam anxiam illam peccatorum enumerationem, Latinam et cum hoc ineptam absolutionem, denique quicquid pertinet ad illam crudelem mentium carnificinam, nemo nostrum non agnoscit Sathane ludos esse, nedum humanos. His autem verbis merito commendandum est hoc confitendi genus, quod potestatem Christus contulerit fratribus inter se remittendi peccati. Eam vel remissionem vel absolutionem Philippus necessariam esse scripsit sicut baptismum; caussam subiecit, quod certos nos efficiat privatim dicta sententia ad nos pertinere, quod alias vulgatum est in commune. Igitur, ut nullum est dubium

---

[1]) Alle drei wohl aus den vierziger Jahren, die letzten zwei vielleicht von 1548?

[2]) Kopie ohne Unterschr. und Adr.; zum Datum vgl. die Antwort Nr. 66.

multos præter externum baptismum servatos esse, ita absolutionis signum, quum externum est, exigendi rationem nullam habet non magis ac cibus et potus Christi externus, et hęc omnia tamen necessaria dici possint, hoc est ob imbecillium diffidentiam, ob mundi, carnis et Sathanę crudeles tentationes ad usum necessarium instituta et donata nobis. Sic opus pane et aqua habemus nobis videlicet ad victum necessariis, quę tamen potores et comestores non ad vescendum et hauriendum ligant, sed enim (?) dona sunt vescentibus et haurientibus exposita; quodsi divino verbo fidem plenam adhiberemus, nullis opus erat externis signis. Nunc autem cum tot præsidiis munita sit Christo adornante ratio salutis nostræ, metuendum erat, ne, quod servator noster tam diligenter disposuerat, in contemptum vulgi abiret. Hoc movit Philippum, ut hanc absolutionem necessariam affirmaret ea acceptione, quam nunc ostendi, quę mihi non obscure significata videtur in suo methodo, si, quę pręcedunt queque subsequuntur, inspexeris. Porro Lutherus, vir probatus variis et magnis tentationibus, eo præclarius evexit hanc opem, qua Christus opitulatur labescenti fidei, quo maiore cum fructu expertus est. Quicquid accedit solutioni illi(?), hoc nemo exigit, de nobis loquor, renatam evangelii lucem (qui) semel concepimus. Quod autem utilem esse Lutherus putat arcanorum etiam in loco confessionem, modo sciamus nos neque divino iure coactos esse neque ullo humano cogi posse, hoc profert ex suis sententiis. Ego facile consentio; nam et pudore afficimur, et se penitius præsentat peccati indignitas; sepe etiam exagitata hinc inde conscientia mitigationem senthiscit, ubi conscium nacti fuerimus, cuius tum divinam de nobis sententiam audiamus. Sed num ideo sibi adversi sunt, qui suo loco humanas traditiones evacuarunt, hoc est, quoties ad rem christianam exactę fuerunt et perductę ad servitutem? Quod cum etiam adversarii nostri interdum (imbecilliores dico) ad animum vocent, absterreri possunt immodicis confutationibus totius operis illius, quod confessionem hodie vocant, ut postea nec in aliis nos audiant. Satis est vindicare deductorum hominum conscientias, non sine discrimine damnandum negocium, quod quibusdam et cessit bene, cum adhuc in tenebris essemus, et cessisset melius, si libertatem nostram in Christo cognoscere potuissemus. Utrinque adservanda libertas est, utut sciamus res huiusmodi non pręceptas esse et tamen utentibus, utentibus in Christo, permissas; nam quod plęrosque, immo prope omnes seduxit hec fatendi species, vitium in abusu fuit res ipsa per se minime prohibita; immo sic nobis permissa est absolutio, ut ea utamur pro nostro commodo. Fateor, suspectum est, quicquid fecit Romana sedes; verum cum plęraque orta sint ex bonis initiis et, ut nunquam antea usurpatum fuerit id confessionis, tamen apud christianos usurpari vel hodie posset, non videtur mihi consultum esse,

ut tantopere fugitemur ab ista confessione, quam Zvinglius et ante eum Carolostadius sic in totum reiecerunt, ut libertas in hanc partem vere impegerit, dum alteram illam edificavit. Atque utinam Luthero similes hac parte omnes essemus! Multi cum ad sinistram respiciunt, dextre nonnihil obliviscuntur; ille, si me coniectura non fallit, precipuus est in dirigendis domini semitis. Suum cuique medium permitto; at ego novi, quanta et quam rara in deum fiducia quantaque observantia Lutherus agat negocium suum; profecto similem huic viro nondum usquam comperi. Sed nondum ideo astricti esse volumus cuiusvis hominis authoritati, si quid in dubium recte vocari potest; sequatur quisque, quod vult aut potest; una certa salus est atque adeo unus spiritus. Gratiam deo habeamus decet, qui nos revocavit ad etherne vitæ concordiam, quamquam optabile erat ne in minimis nos dissentire, quo firmius præsidium haberemus adversus eos, quibuscum continua nobis et exitialis pugna est, præfractis et impudentibus animarum prædonibus. Hec res confici posset non modo scripture exercicio, sed et diligenti observatione eorum, que ad fidem charitatemque proxime edificant, inprimis autem invocatione divini auxilii. Humana temeritas optima queque pervertit nobis. Exemplum habemus crudelissimum.

Bitten wir darum Gott um seinen Beistand, hüten uns vor übereilter Hitze und handeln stets so, als ob die Kraft christlicher Wirksamkeit in uns handelte, so werden wir leicht auch in allem einig sein. Entschuldige die Weitläufigkeit; meine Liebe zu Dir ist ebenso gewachsen wie die Erkenntnis von Christi Liebe, und ich hoffe, sie werde ein ewiges Band bilden.

---

17. Thomas Blaurer an Michael Tuberius. XII, 7.

Freiburg (151 .)[1]).

[Daß Tuberius nicht mit dem Confrater Georg geschrieben, will Blaurer auf Rechnung sonstiger Inanspruchnahme setzen und gern verzeihen, wenn Geschäfte im Auftrag der Oberen es verschuldet haben. Er selbst schreibt dies, obwohl durch das Studium des bürgerlichen Rechtes und eine Heranbildung zu einem tüchtigen Mann ebenfalls sehr beschäftigt. Bitte, die Freundschaft durch Austausch von Briefen zu erhalten und für ihn zu beten. Grüße an Hieronymus, Antonius, Johannes und Heinrich (tuum Heinricum). Orig. latein.] Friburgo.

---

18. Johann von Botzheim an Thomas Blaurer [2]). XII, 312.

(ca. 1524.)

[Bitte, ihm das Buch „De moribus et ritibus gentium et populorum" samt einem schon lange geschriebenen Brief (Th. Blaurers) durch den Boten zu übersenden und ihn Ambrosius zu empfehlen, wie dieser auch gegen Botzheim gesinnt sei; er selbst wünscht Ambrosius Gutes. Orig. latein.]

---

[1]) Über Michael Tuberius, Mönch in Alpirsbach, s. Bd. I, S. 24, Anm. 4.

[2]) Jedenfalls erst nach Th. Blaurers Rückkehr nach Konstanz geschrieben, etwa 1524.